



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLATIO VI.

corpus suum. Audistis dñe doctor pro me scripturas, unicū tamen iota adserte ex sacris literis pro uestra opinione, si nulias habetis illas Zwingli accipite, quas dominis meis nūtijs consulū laudandi fæderis Heluetiorū hesterno die huc misit, ad quas ego sic Christiane respondebo, ut non diffidā dños meos gratiosos, quemlibetq; probum Christianū satiāndos,

Oecolampadius, D. Eckī scripturas induxit, non hoc firmantes, quod a uobis exposco, ubi nam̄ habeatur accidentia esse sacramentū siue signum. Scio huius uos omni scriptura carere, uester met Roffensis, cæteriq; fatentur, hoc sacris literis non posse sufficienter probari, expressè scriptura pā nem nominat ante & post, nec accidentia nominat panis, qđ hoc uerbulū hoc, uel græce tuto panem indicet. Postea enim Paulus tertio panem nominat, uosq; substantiā panis auferitis, huius scripturas exposcimus & responsionem.

D. ECKIVS.

ADhuc nullas scripturas uerbi Dei, ex doctore habere possum, ipse uero quia axtimat sacras literas per me adductas insufficiētes ad probandum, de accidentib; panis & uini. Primo dico textū esse clarū & apertū, Accepit Ihesus panem, ubi proculdubio & panis accidentia adfuerunt, postea uero dñs illud nominat corpus suū dicens, Hoc est corpus meum, non dicit, hoc est panis quem pīnsit pīstor, ideoq; & illa duo adesse oportebat, corpus Christi, & quā uiderū speciē panis.

Quod de nostro Roffensi ultra deducit confiteri eum scripturis probari non posse, hanc transmutationē Roffensem dico bene, recteq; loquitū, contrapertinacem & repugnacem, nullas haberi expressas scripturas, affirmantes substantiam panis in sacramento non manere. Illud aut̄ doctor celat Roffensis dictū in defensione regis Anglorū, locū Euāgelicū per me iam adductū, cui libet Christiano sufficere, quū dicat, Accepit Ihesus panē, addiditq; post hęc, Hoc est corpus meū.

Tertio, doctore uolente panē esse, & S. Paulū ter panem nominasse

CONCLUSIO PRIMA.

nominasse. Dico peregrinū non esse uel alienū, specie panis
panem appellari. Debuisset enim a suo in Christo fratre Zwinglio
didicisse saepius signum nomine, id quod signatum est no[n]ari.
Quanq[ue] aut̄ Angloꝝ rex, suo in Christiano libello, in defenſione
sacror[um] septē sacramētor[um], aduersus Lutherū ostēdat rē
aliquā nominari q[uod]d[icitur] fuit, illud scripturis probās. Exo. de uirga
Moysi uersa in colubrū, postea nihilominus uirgā appellata.

Vltimo dñs meus doctor quod inducit illud, tuto uel hoc,
quid significet nihil me angit, reuerentia namq[ue] sua bene no[n]
uit, quo nam modo Lutherus Carolostadiū tutauit. Simpli-
ces nos uerbo nostri salvatoris credimus in huius sacramenti
institutione dicentis, Hoc est corpus meum. Dilecte mi dñe
doctor supreme uos rogo, scripturas adportate, quim cre-
dere recusetis, uenerabile Christi corpus in sacramento esse,
ut clare Christi uerba sonant.

D. OECOLAMPADIVS.

Respondere potero domine doctor, quod Christus suo
iudici respondit. Interrogauero, non respondetur mihi. Re-
spondero, non creditur mihi, neq[ue] aliquid ualebit. Adhuc
non probauit, quod ab eo petitur, nemo plures eo querit ex-
ceptiones. Scripturæ ne sunt, quod uno in loco ter ei ostendit
spiritum sanctum aperire per Paulum panem nomina-
re. Nec de uirga simile est, de qua legitur, quod in serpentem
sit uersa, hic enim uerbum uersionis non legitur.

Ad hæc cōmuniſ Theologor[um] est regula, sine cauſa mira-
cula non ponenda, ut hoc in loco neq[ue] necessitas urget.

Num & hoc esse dinoscitur auffugium, nihil D. Eckium
angere, quid hoc uerbulum. Hoc importet, quum neq[ue] mens-
sam significet, nec accidentia panis. Ergo oportet substantia-
tiale panem designet, alioqui dici posset, in baptismo aquā
non esse aquam, quum sacramentum sit. Mī domine doctor
tam queso dicite, quid hoc uerbulum. Hoc importet, & po-
stea ultra loquar.

G ij